Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

primus adduxit? Ego id quidem fere credo. Si Lucius Augusta ~~non per Vindelicam sed~~ per eas partes, quas postmodum Bavari occuparunt, in Italiam venit; certe ~~per~~ Oenivallem non praeterivit. Radens inter Sanctos Bavaria primum S. Lucium ponit. Cum narrasset, eum Augustae ex puteo liberatum; addit: Indeque Reginoburgum, hodie Ratisponam, profectus, ibi quoque Romana colonia Christi cultum suadere coepit, uti et Juvavia, et passim in Norico: donec in Alpinam Raetiam progressus, Curiae III Nonas Decembris beato fine conquievit: ubi et Coenobium nomini ejus inscriptum hodieque visitur, in quo anniversario cultu ejus memoria solenni caeremonia instauratur. Ementa germana soror comes itineris et laborum, per ignes fidem Christo comprobavit. Quibus ~~mors~~ fundamentis ista nitantur; non docet Radens: ~~quem absque illis labor~~ ~~retulisse, suspicari non audeo.~~] Igitur Juvavia Curiam venit, ~~Lucius non adorandorum ibi sed~~ ubicunque ~~patiebatur~~ poterat, Christi evangelium disseminare. Invenit forte Veldidena aliquos jam Christianos: invenit alibi nullum. ~~Habuit certe Curiae nostra Chrysalum aliquem: quem illum? S. Ursinum? dicho dubium est: longe verisimilius~~ S. Lucium ~~Horne~~ Venostibus praedicasse, praeter quae supra dicta sunt, probat traditio communis et cultus nunc Sancto tanquam primo Evangelii praeconi deferri solitus. Lefchius Annal. Sab. sec. II: S. Lucius e regione sua sponte exul, Noricum, Raetiam, Vindelicam que ingressus, nostra rudimenta fidei etiam Curiensibus et populis Venostiis, hodierna Tirolicae ditionis, tradidit. + ~~Si autem ex Norico advenerunt prius Venostius Brennis, tum Vennonibus ac Venostibus, tum demum Curiensibus illa tradidisse credendus est.~~ ~~Datur apud Venostes Ecclesia parochialis ad S. Petrum dicta~~

Datur apud Teriolos, qui ~~olim~~ Venostibus vel incuensendi, vel vicini sunt, Ecclesia parochialis S. Petro sacra. Sita est in monte Tirol, dimidia circiter leuca distans ab Athesi fluvio; et mille passibus a Teriolensi, nunc vico, olim civitate praenobili: vide supra ~~A. C. VII~~ Add. 20 ad C. N). Hanc parochiam

[Sunt, qui Curiam eo tempore nondum extitisse, et seculo primum IV a Constantio Imp. conditam esse, opinantur. Sed